

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Presumptio p  
cum uariis

Constat eum de se presumere qui ad sacri ordinis cupit fastigia peruenire. Merita enim suggerunt bone appetencie nisus et in qualitate desiderii potest mens honesta cognosci. Quis enim palestrice artis ignarus in stadium luctaturus introeat? Aut quis certamini misceatur quod uirtutis consciencia non suadet? In ipsis conatibus egra languescunt que meritorum presumptionibus non iuantur.

Cassiodorus libro IIII. epistolarum, epistola XXV.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

appetencie] apparentie P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; nisus] uisus C M P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; quis] quid M; suadet] suadetur V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; epistolarum *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>